C'est à Wohlwill, que revient le mérite d'avoir montré pour la première fois que cette opinion est erronée et que Galilée n'a jamais énoncé le Principe d'inertie dans la forme qu'il a obtenu plus tard. Voir les p. 96—135 de l'article de Wohlwill „Die Entdeckung des Beharrungsgesetzes. Zeitschrift für Völkerpsychologie und Sprachwissenschaft”. XV, 1884. On peut consulter aussi E. J. Dijksterhuis „Val en Worp”, Groningen, Noordhoff, 1924, p. 264—271.

¹⁾ Voir I, „Hypothesis V” (p. 41) du *Traité „De Motu”*.

²⁾ Voir I, „Hypothesis II” (p. 31). On trouve en marge: „id primum”.

³⁾ Voir I, „Hypothesis IV” (p. 39).

⁴⁾ On ne rencontre pas une telle hypothèse (qui, en effet, est superflue) dans le *Traité „De Motu”*. Le fait lui-même résulte de la formule $v'_B = \frac{2m_A}{m_A + m_B} v_A$ (comparez la note 5 de la p. 104), où $v'_B < v_A$ lorsque $m_A < m_B$.

navem uti dictum est æquabili motu incidentem, ludum eum exerceri quo super mensam planam ad libellam æquatam globuli eburnei clavulis ex eadem materia confectis pelluntur ¹⁰⁾. Equidem neminem dubitare arbitror quin æque commode omnia hic ludentibus successura sint, quam si aut navis conquiesceret aut domi suæ mensam constituisset. Et si sint duo quorum alter ad eam mensæ partem stet quæ proram spectat, alter ex adverso, simulque globulos suos impellant ita ut hi in media mensa invicem sibi occurrant, certum quoque pariter suum sibi quemque reverfurum esse, et nullam quidem celeritatis partem amissuros, si perfecte ¹¹⁾ duri fuissent, ac inter se æquales, mensæque superficies omni inæqualitate et scabritie careret essetque ad libellam exquisitè complanata. Præterea hæc omnia eodem modo eventura scimus, si supra navis rectum mensa collocetur. Quid si vero validiore percussu ut sæpe fit supra mensæ planum globuli efferantur æqualiter utrinque ut diximus impulsu? Sane si vel sic directe sibi mutuo obviam fiant æqualiter quoque ut antea repercutiuntur. Nam licet prius mensæ planitiem semper contigerint, certum tamen hanc nihil globulorum motibus conferre aut officere nisi quatenus aspera est et inæqualis. Ergo remotà quoque mensa si tantum à prora et puppi idem globuli projiciantur æquali vi ita ut supra mediam navem in aere concurrant, pari quoque celeritate reflectentur.

Atque hinc porro facile intelligimus quod etiam si non projecti forent à stantibus in prora et puppi, sed alia quavis ratione contingeret ut pari celeritate ex adverso sibi deferrentur respectu sedentis in navi; idem tamen eventurum sit, nimirum ut ejusdem respectu pari quoque celeritate resiliant.

⁵⁾ Huygens écrivit au-dessus „in mentem venit”.

⁶⁾ Comparez I, „Hypothesis III” (p. 33) du *Traité „De Motu”*.

⁷⁾ Ici finit la page numérotée 12 par Huygens et commence celle numérotée 19 par lui. Consultez le deuxième alinéa de la note 1 de la p. 92.

⁸⁾ Au-dessus de ce mot on trouve: „re”.

⁹⁾ Voir l'ouvrage cité dans la note 8 de la p. 101. Il s'agit de la „Giornata Seconda”, consultez les p. 273—280 du Vol. VII (1897) de l'édition nationale des „Opere di Galileo Galilei”.

¹⁰⁾ Évidemment il s'agit du jeu de billard. Remarquons toutefois qu'au dix-septième siècle ce jeu différait en plusieurs points du jeu tel qu'on le joue présentement. Ainsi les queues droites sont d'une invention beaucoup plus récente. Voici la description des instruments qu'elles ont remplacés. Nous l'empruntons à l'„Encyclopédie, ou dictionnaire raisonné des sciences, des arts et des métiers, par une Société de gens de lettres”, Paris, Briasson, etc. Tome second. 1751, p. 253: Billard, se dit aussi de la masse ou du bâton recourbé avec lequel on pousse les billes. Il est ordinairement de bois de gayac ou de cormier, garni par le gros bout ou d'ivoire ou d'os simplement. On peut même se passer de ces garnitures. On tient cet instrument par le petit bout, & l'on pousse la bille avec l'autre bout.”

Voit d'ailleurs pour la manière dont on se servait de ce bâton recourbé, le „Recueil des planches” appartenant à la même Encyclopédie, Vol. VIII, 1771, sous l'article „Paumier”, la Pl. V „Paumerie, Salle de Billard et Instruments de Billard”.

¹¹⁾ Au-dessus de ce mot on lit: „planè”.

[SIXIÈME PARTIE.] ¹⁾

[1654.]

Vereor ne qui hæc considerare non consuevere ægre percipiant ²⁾.

De motus natura hoc percipimus quod situs corporum inter se per ipsum immutentur, quodque omnis fiat in tempore. Quando autem moveri quid dicimus id respectu alterius corporis intelligendum est necessario. quod quidem corpus vel ut quiescens spectari potest vel ut motum qu ³⁾

Motum quidem corporum esse liquido percipimus, sed quietem nusquam certo invenimus. Ubique enim duo corpora inter se distantiam mutant motum intervenire intelligimus sed corpus aliquod quiescens commonstrare neque aliquid tale esse asseverare possumus. Sed respectu tantum ad alia corpora quies definitur. Possumus tamen corpus vel punctum aliquod vel plura ut quiescentia spectare ad quæ motum eorum quæ moventur referamus. imo hoc fieri necesse est si quantitatem motus ad calculum revocare propositum habeamus.

Rogabo quando respectu stantis super terram corpora duo [æqualia] ⁴⁾ sibi mutuo occurrunt *unum ad orientem alterum ad occidentem pergens* ⁵⁾, an non secundum Cartesij regulas post mutuam impulsam ejusdem hominis respectu recessura sint, nimirum si perfecte dura sint nihilque circumfusum aer resistere ponatur. Concedet opinor, neque quisquam obstarè dicit motus reliquos eorum corporum quos cum terra communes habent, dicunt enim experimentis hoc tantum deesse quod non dura perfecte sunt corpora &c. Rursus si in navigio navigante sedens sui et navigij respectu bina ut ante corpora alterum à puppi alterum à prora æquali celeritate ad sese mutuo ferri conspiciat numquid et hæc legem prædictam post impul-

¹⁾ Cette Partie est empruntée aux pages numérotées 13—18 par Huygens. Comparez la note 1 de la p. 92.

²⁾ Cette annotation est écrite en haut de la page, séparée du texte qui suit. Elle est peut-être d'une date postérieure.

³⁾ La phrase ne fut pas achevée.

⁴⁾ Le mot „æqualia” fut biffé; toutefois nous croyons qu'il s'agit de la cas dont traite la première règle de Descartes (voir la note 4 de la p. 93) et que l'on doit donc restituer le mot „æqualia”, biffé plus tard par mégarde.

⁵⁾ Huygens a souligné les mots en italiques qui précèdent.

⁶⁾ Les mots entre parenthèses furent biffés, mais ils sont indispensables pour compléter la phrase.

⁷⁾ Ce qui va suivre peut être considéré comme une rédaction antérieure de la démonstration de la „Propositio Prima” (p. 33—37) du Traité „De Motu”.

⁸⁾ Consultez pour une figure mieux dessinée mais de la même portée la Fig. 14 de la p. 122.

sum observabunt. Eadem plane est ratio quæ in superiori exemplo, neque reliqui corporum horum motus quos cum navigio communes habent, quidquam rationem eam interturbant. Sed et experientia hoc docet si ⁶⁾ enim binos ex ebore vel duriore materia globulos] e funiculis in navi pendentes [Fig. 5], vel alia ratione collidi facias, haud aliter quam si navi confisteret impellere invicem animadvertes.


[Fig. 5.]



Hæc est levis consideratio videri queat, omne tamen impulsus fundamentum continet.

Quiescere unumquodque dicitur eorum respectu quibuscum eandem distantiam situmque servat. Moveri vero respectu eorum quibuscum distantiam situmve non servat. Ita quidem puppis quiescit respectu proræ quocunque modo navis moveatur. Hæc vero navigans moveatur respectu terræ. et rursus quiescit eorum respectu qui in ipsa fedent. Adeo ut corpus idem moveri et quiescere possit, ad diversa scilicet alia corpora attendendo.

Moveatur ⁷⁾ ergo navigium HK [Fig. 6] à parte A versus B. et fedeat in eo vector e regione puncti C, cujus respectu æquali celeritate et motu æqua-

[Fig. 6.] ⁸⁾

bili ferantur ad se mutuo corpora æqualia D et E. Quæ quidem (æqualibus spatijs existentibus DC, CE) concurrent in C. et post impulsam mutuum æquali rursus celeritate à C disce-

dent respectu vectoris et partium navigij ⁸⁾. Quod si eodem tempore puta serupuli unius quo corpora D et E venire ad occursum in C, navigium et cum ipso unà homo sedens confecit spatium CE. necesse est corpus E immotum mansisse respectu ripæ G aut spectatoris ibi sedentis. corpus verò D confecisse spatium DE. Nam non aliter fieri potest ut vectori corpora D et E æquali celeritate mutuo occurrerent apparent. Post concursum autem, qui contingit in E, ut æquali celeritate rursus ab se invicem corpora recedant respectu vectoris qui post alterum tem-


⁸⁾ D'après l'„Hypothesis II” (p. 31).

poris scrupulum pervenit e regione F puncti transijtque spatium EF ipsi CE æquale, id aliter fieri nequit quam ut corpus D post impulsu in E eodem in loco E subsistat respectu G. arque ut corpus E perveniat usque in B, ita ut spatium EB ipsi ED æquale fiat.

Apparet itaque quod si respectu hom.^{is} G. quiescat corpus E et ab æquali corpore D impellatur, omnem ab eo motum accipiet, ipsumque D corpus relinquet immotum in loco E.

Hinc autem porro quidquid ad occursum æqualium corporum spectat facile determinabitur. Et primum si scire libeat quid futurum sit si inæquali celeritate mutuo sibi occurrant facile probabitur permutata invicem celeritate recessura hoc est ut quod celerius fertur omnem motum suum lentiori conferat contraque omnem tardioris motum sibi accipiat¹⁾.

Ferantur enim ex adverso corpora æqualia A, B [Fig. 7]. sed celeritas corporis A ad celeritatem corporis B sit ut AE ad EB respectu spectatoris in G manentis.



Convenient igitur in E. nam si scrupulo temporis corpus A transeat spatium AE eodem tempore B transeat BE spatium. Dico igitur post occursum in E altero temporis scrupulo corpus A confecturum ab E spatium EL et B spatium EK, ut sit EL æqu. EB et EK ipsi EA. dividatur enim EL bif. in M et sit C punctum e regione M et sumatur utraque harum CF, FH æqu. EM. Sedenti itaque in navigio et prætervecto celeritate CF, dum corpus A fertur celeritate AE et B celeritate BE, necesse est ut videatur utrumque corpus æquali celeritate nimirum AM propeare ad occursum in E²⁾ qui fiet cum C pervenerit in F. Quamobrem ejusdem quoque spectatoris respectu æquali quoque celeritate recedent. Quod

¹⁾ Comparez la Prop. II (p. 37) du Traité „de Motu”. Dans ce qui suit Huygens veut donner une démonstration en forme de la Proposition qui, sans doute, lui était connue dès 1652. Il se trompe toutefois. La démonstration est fautive, quoique la Proposition soit vraie.

²⁾ Il y a erreur ici. Soit $AE = p$, $EB = q$, de sorte que la vitesse du corps A peut être posée égale à p , celle du corps B à q , et celle CF du bateau égale à $ME = \frac{1}{2}LE = \frac{1}{2}EB = \frac{1}{2}q$. On trouve alors pour la vitesse avant la rencontre du corps A par rapport au bateau: $AM = p - \frac{1}{2}q$; mais pour celle du corps B par rapport au même: $MB = p - \frac{3}{2}q$. Les vitesses ne sont donc égales en grandeur que dans le cas spécial où $p = 2q$. Or, par accident, ce cas spécial est représenté presque parfaitement dans la figure, où $AE = 2EB$. C'est ce qui doit avoir empêché Huygens d'apercevoir son erreur. Évidemment il aurait dû attribuer au bateau, non pas la vitesse $\frac{1}{2}LE$, mais la vitesse $\frac{1}{2}AL = \frac{1}{2}(p - q)$.

³⁾ Au dessus des mots „alteri præterea motui” on lit: „de alio adhuc motui”.

quidem non aliter fieri potest, quam ut altero temp. scrupulo, quo navigans spectator pervenit ad H, corpus B conficiat spatium EK et A spatium EL.

Qui terram quiescere credunt solent corpora respectu ipsius quiescentia tamquam revera quiescant considerare, et reliquorum motum ad ipsa referre.

Sed conveniat hoc inter nos ut corporibus duobus mutuo sibi occurrentibus etiam si alteri præterea motui³⁾ utrumque simul obnoxium sit⁴⁾, haud aliter invicem repellant respectu ejus qui eundem quoque motum sequitur⁵⁾, quam si omnibus alter⁶⁾ iste motus abesse.

Quod movetur ita pergere moveri nisi ab alio impediatur.

Sciendum autem de motibus ijs tantum nos agere qui sunt secundum lineam rectam et æquabiles.

Simpliciter autem nulliusque corporis alterius respectu corpus aliquod moveri vel quiescere.

Nam qui motum corporis definiunt loci mutationem locum certum universi respectu definiiri posse credunt. Si dicant igitur terram revera quiescere rogabo quid sit revera quiescere, dicent locum eundem constanter obtinere; loci igitur quem terra, tenet definitio ab aliquibus celi⁷⁾ punctis pendet aut superficie quæ revera quiescat. sed hujus rursus quietem apparet aliunde aut à terra ipsa definiiri debere.

Quidnam in corporibus quies sit aut motus nisi aliorum corporum respectu non videtur intelligi posse. Nihil enim de motu nobis imaginari aliud possumus quam quod permutet corporum ad se invicem distantiam et dispositionem. Itaque corpus quod movetur aliorum corporum respectu moveri dicatur quibuscum situm mutat et quiescere respectu eorum quibuscum situm servat. Neque nobis necesse sit quærerere an aliquid in universo hoc revera quiescat aut quidnam⁸⁾ illud sit. An terra consistet an cælum stellarum. Sed et hic et ubicunque abiat inter bina

⁴⁾ Au-dessus des mots „obnoxium sit” on lit: „participet”.

⁵⁾ Au-dessus de „eundem” on lit: „eidem” et au-dessus de „motum sequitur”: „motui obnoxium est”.

⁶⁾ Au-dessus de „alter” on lit: „adventitius”.

⁷⁾ Lisez: „cæli”.

⁸⁾ Au-dessus de ce mot Huygens écrit: „ubinam”.

aut plura corpora motus. animadvertitur quodlibet eorum tantum quiescens reputare liceat. respectu nimirum corporis cuiusdam alterius quoquam situm servat eundem.

de impulsu corporum scientiam haberi utile. nam et percussiois vires simul innotescunt. Quas maximi ad Mechanica opera momenti esse certum est, neque minus necessarium videtur harum leges intelligere quam rationes ponderum. Æque enim ad omnes fabricas adhibentur et sepe ¹⁾ quod ponderibus exequi non possemus, percussione perficimus.

Dillicilem autem contemplationem habet propterea quod motus natura perplexa est, et confiderare non affuetis perobscura. Galileus in dialogis de motu locali et difficultatem rei indicat et ea scribit ex quibus aliquid in ea vidisse existimari potest. Verba ipsius interpretari operæ prærium visum est atque hic subjicere. Sic enim Sagredum Confabulatorem inducit loquentem dialogo 4^o ante prop. 5^a).

Percussionis ²⁾ *istius atque ictuum mentio meminisse denuo me cogit Problematis cuiusdam, imo questionis potius Mechanicæ, quam qui explicaverit adhuc inveniri neminem, nec qui quidquam memoriæ prodiderit quo aut admirationem mihi excitaret, aut ulla saltem ratione satisfaciat. Hinc autem dubitatio mihi nascitur et stupor, quod minimè intelligam quæ sit origo aut causa efficacis istius et vis immense quæ in percussione cernitur* ³⁾. *Siquidem unico mallei ictu cuius gravitas 8 aut 10 pondo non excedat, non posse ea resistere videmus quæ nec cedant impostæ gravitati prementi tantum nulloque ictu illis etiam si centena aliquot pondo aequet. Vellem tantum doceri me qua ratione vim istiusmodi plagæ metiri possem, quam sane infinitam esse non arbitror, sed certo termino contineri* ⁴⁾ *ut exæquari quoque possit, et cum alijs, prementium ponderum, aut vectis, aut cochleæ viribus comparari quarum potentia in quantum multiplicentur optime mihi compertum est. SALVATUS. Non soli tibi admirationem parit tam stupendi effectus consideratio neque soli causa ejus obscura est. Nam et ipse aliquantum temporis hic contrivi, et frustra quidem, crescente in dies rei perplexitate. Donec convento sorte Academicæ nostro (Galileum intellige) geminam cepi consolationem. Primum namque et sese diu mecum in eadem caligine fuisse versatum dicebat* ⁵⁾, tum hoc addebat,

¹⁾ Lisez: sæpe.

²⁾ Il s'agit de la „Giornata quarta” des „Discorsi e dimostrazioni mathematiche intorno a due nuove scienze”, voir les p. 292—293 du T. VIII de l'édition nationale des „Opere di Galileo Galilei”.

³⁾ Nous mettrons en italiques la traduction latine, fidèle mais très libre, de Huygens du passage en question des „Discorsi”.

⁴⁾ Au-dessus de ce mot Huygens écrit: „animadvertitur”.

⁵⁾ Au-dessus on lit: „definiri”.

⁶⁾ On lit au-dessus: „fatebatur”.

multis millibus horarum in hanc contemplationem absumptis, tandem aliqua perpexisse ⁷⁾ *longe ab ijs quæ prima facie videri soleant diversa atque esse nova omnino, eoque magis mirabilia. &c.*

In fine autem dialogi ubi in aliud tempus differendam hujus rei disquisitionem constituunt ita Sagredus ⁸⁾.

Equidem lubens tibi assentio nam sæpe numero quoque à per familiaribus Academicis nostri id audivisse memini ⁹⁾, *obscurissimam esse hanc de Percussione tractationem, nemo nempe adhuc eorum qui explicandam susceperint ad intimos ejus recessus penetrare potuisse densis quippe tenebris oblectis et planè alios quam mens humana sibi figurare soleat. Inter cetera autem effata istud unum recitari mihi memini mirum prorsus, vim scilicet Percussionis interminatam esse ne dicam infinitam. Hæc Galileus, qui quousque materiam hanc penetraverit non mihi constat* ¹⁰⁾. hoc quod refert de immensa percussiois potentia cum nostris demonstrationibus apprimè convenit, ostendemus enim maximum quodque corpus minimi corporis impulsu moveri ¹¹⁾.

Experimenta ad demonstrationem non bene adhiberi scimus, eoque omnia certis ex principijs probanda fore, neque tamen parum id videtur quod Cartesij regulis experimenta omnia contrarium ostendunt, nostris vero adamussim consentiunt.

Nam quod ait ¹²⁾ corporum quorumcunque imperfectam duritiem prætereaque circumfusum aerem in causa esse quo minus exhiberi Theorematum suorum veritas possit id nequaquam verisimile est, si enim tantum impedimenti ista adferunt et præterea falsa sunt Theoremata nostra, mirum esset ita semper error alio errore aut defectu materiæ compensari ¹³⁾, ut quod prædicimus eventurum in occurfu corporum id eveniat. Atamen ¹⁴⁾, et nos perfectam fingemus corporum duritiem iisque in spatij librata fumemus quibus neque impediatur eorum motus a circumfusis corporibus neque adjuvetur.

⁷⁾ Au-dessus des mots „aliqua perpexisse”, on lit: „aliquid percepisse”.

⁸⁾ Voir les p. 312—313 de l'édition nationale.

⁹⁾ Au-dessus des mots „id audivisse memini” on lit: „ita accepisse recorder”.

¹⁰⁾ Comparez la note 1 de la p. 100.

¹¹⁾ Consultez la Prop. III (p. 39) du Traité „De Motu”.

¹²⁾ Comparez la note 7 de la p. 101.

¹³⁾ Au-dessus de ce mot on lit: „restituatur” et „[restitu]e”re”. Ajoutons que pour adapter la phrase à l'emploi de l'expression „restituatur” le mot „si” fut intercalé entre les mots „esset” et „ita” qui précèdent.


¹⁴⁾ On lit au-dessus: „Cæterum”.

[SEPTIÈME PARTIE.]¹⁾.

[1654.]

nisi principium ponatur nihil demonstrari potest.

si igitur motu æquabili cum dimidia celeritate ejus quam habuit ultimo puncto temp.^{is} AB [Fig. 8] in æquali tempore fecit majus, ergo in minori tempore æquale fecit ut in tempore AD. dividatur AB tempus in tot partes æquales ut una ipsarum sit minor excessu DB. ergo in tempore AG motu æquabili plus fecit quam accelerato AB. et sint lineæ totidem æqualiter sese excedentes ita ut excessus sit minimæ ipsarum æqualis. EFO &c.²⁾ item alia³⁾. Ponaturque mobile in fine partis temporis AN eum celeritatis gradum acquisivisse, quo motu æquabili posset in tempore NM ipsi AN æquali transire spatium E⁴⁾. itaque quum in puncto temporis M, duplam celeritatem acquisiverit ejus quam in N. poterit motu æquabili ea celeritate [te] quam habet in M transire spatium duplum E[*l*] hoc



est F[*x*] et motu æquabili ea celeritate quam habet in puncto temporis L transire spatium O[*λ*], et sic porro. unde tandem in ultimo puncto temporis B eam celeritatem acquisitam habebit quæ motu æquabili in temporis parte ipsi AN æquali, posset percurrere spatium T θ . Itaque dimidiâ istius celeritatis in tempore AN ibit per T θ hoc est EV spatium, et in tempore NM per FX, et tempore toto AG per EV, FX, OY, PZ, Q α , R β , S γ ⁶⁾. hisce autem omnibus æqualia sunt spatia excedentia E λ , S η cum intermedijs. At tempore NM mobile motu accelerato transijt spatium majus quam E λ , (nam hoc transijt celeritate æquabiliter continuata quam habebat in puncto temporis N) item tempore ML transijt per spatium majus quam F α . et tempore LK majus quam O λ , et tempore KI majus quam PZ; et IH quam Q ϵ et HG quam R ζ , et GB quam S γ .

Itaque toto tempore AB motu accelerato majus spatium transijt quam omnia simul crescentia E λ , S η cum intermedijs, hoc est majus quam $\alpha\beta\gamma$. Igitur quod celeritate æquabili subdupla maximæ tempore AG peregit simul majus est et minus quam quod tempore AB fecit motu accelerato. quod est absurdum. Jam si fieri potest celeritate æquabili dimidiâ maximæ percurrerit spatium minus in tempore AB. ergo in majori tempore æquale percurreret &c.

Motus diversos unius mobilis separatim considerare licere.

Æquali tempore eandem celeritatem acquiri duobus corporibus, quorum unum à quiete moveri incipiat, alterum quolibet motu.

Si quamlibet in partem mobile prius feratur motu æquabili, deinde vero et naturali accelerationi obnoxium esse incipiat, duo motus in eo separatim considerari debent, æquabilis qui durat in partem eandem quam prius, et acceleratus cuiusmodi spectatur in mobili quod et quiete moveri incipit.

Eo demonstrato vel posito quod spatia peracta sunt in duplicata ratione temporum alteroque assumpto quod demonstratum est nempe quod duobus corporibus duris mutuo sibi ex adverso occurrentibus, separationis eorum eadem quæ appropinquandi est celeritas⁷⁾, demonstrari potest, quod si corpora duo sibi mutuo occurrant, sitque velocitas unius ad velocitatem alterius ut magnitudo hujus est ad magnitudinem illius, utrumque cum eadem velocitate resiliet qua venit⁸⁾.

¹⁾ Dans cette Partie nous reproduisons les pages numérotées 21 et 22 (comparez la note 1 de la p. 92). Huygens y démontre d'abord, à l'aide d'une réduction à l'absurde, que le chemin parcouru dans un mouvement uniformément accéléré d'un corps qui se trouvait en repos est égal à celui parcouru dans un mouvement uniforme dont la vitesse est égale à la moitié de la vitesse finale du mouvement uniformément accéléré. Or, on retrouve ce théorème dans la „Giornata terza” des „Discorsi e dimostrazioni matematiche intorno à due nuove scienze” (1638) de Galilée; voir le „Theorema I, Propositio I” de la p. 208 du Vol. VIII (1898) de l'édition nationale des „Opere di Galilei”. Evidemment Huygens se propose de donner de ce Théorème une démonstration plus rigoureuse que celle de Galilée. Remarquons encore que, pour le temps, la vitesse et l'espace parcouru, Huygens adopte les mêmes représentations géométriques que Galilée.

Ensuite Huygens retourne à la considération des règles de la percussion.

²⁾ Voici ce qu'on lit sur cette figure, savoir le plus à gauche: „sic spatia æqualia disponitur” et un peu plus à droite „sic crescentia”. Nous n'avons pas voulu supprimer certaines parties de la Figure qui ne servent pas dans la démonstration.

³⁾ Voir les lignes E λ , F α , O λ , PZ, Q ϵ , R ζ , S γ , T θ .

⁴⁾ Ces deux mots furent intercalés plus tard. Ils expriment probablement l'intention d'indiquer ici plutôt explicitement les lettres PQRST.

⁵⁾ Lisez plutôt E λ , et ainsi de suite.

⁶⁾ On a donc EV = FX = OY = PZ = Q α = R β = S γ = T θ = $\frac{1}{2}$ T θ .

⁷⁾ Voir la ligne la plus à gauche de la Figure.

⁸⁾ Comparez à propos de cette propriété de la percussion des corps durs les notes 7 de la p. 93 et 5 de la p. 94.

⁹⁾ Voir la Prop. VIII (p. 53) du Traité „De Motu”.

Ex quo solo et hoc demonstrari potest falsum esse quod Cartesius putat; semper nimirum eandem motus quantitatem in natura remanere¹⁾, eo sensu ut tantundem motus intelligatur in corpore quod duobus gradibus celeritatis movetur, quantum in corpore duplo quod moveatur gradu celeritatis uno. Nam si hoc verum, confequitur inde ista corporum singulorum in recedendo et accedendo aequalis celeritas, nempe cum celeritates corporum occurrentium reciproce sunt ut eorundem magnitudines. sed hoc posito si porro adhibeatur consideratio motus extranei ut navis, rursus falsum deprehenditur quod ille pro principio posuit²⁾.

Possunt et alio quoque modo procedere demonstrationes nostræ, positis hisce, nempe corpus tantundem aliquò versus moveri intelligi, quantum ejus centrum gravitatis movetur. tum duo corpora vel plura tanquam unum ex ijs compositum considerari posse. et quod movetur, in eandem partem pergere moveri eadem velocitate donec ab alio impediatur, vel (inita ratione motus secundum Cartesij mentem) semper tantundem motus manere in partem eandem quantum fuit antea³⁾.

Corpus corpori celeritatem tribuens de sua deperdit.

Demonstrabuntur autem hæc.

Corpus quantumvis magnum a quamlibet parvo moveri potest licet quiescat⁴⁾. Eadem est celeritas appropinquandi in corporibus occurrentibus quæ et separationis, hoc autem jam demonstratum fuit⁵⁾.

Tum illud de revenientibus ea celeritate qua post occursum resilierunt⁶⁾.

Et illud de æquali accessu et recessu in singulis⁷⁾.

Item quod quantumvis magnum corpus alij minori quiescenti nunquam velocitatem tribuit quæ sit dupla suæ⁸⁾.

Quod æquale æquali omnem suum motum transfert et quod eum recipit quem alterum habebat, si habuit ullum⁹⁾.

Corpus majus minori occurrens jam ad eandem partem moto, minorem ipsi celeritatem dabit quam si quiescenti occurrisset¹⁰⁾.

¹⁾ Comparez la note 2 de la p. 49.

²⁾ En effet, soient m_A, m_B les masses, v_A et v_B les vitesses par rapport au navire des deux corps qui se rencontrent, et soit $v < v_A < v_B$ la vitesse du navire dans le sens où se meut le corps A. On trouve alors pour la quantité du mouvement avant le choc suivant la conception de Descartes et par rapport à la rive: $m_A(v_A + v) + m_B(v_B - v)$, et après le choc: $m_A(v_A - v) + m_B(v_B + v)$. La différence: $2(m_A - m_B)v$ n'est nulle que lorsque $m_A = m_B$, tandis qu'on a supposé seulement: $m_A v_A = m_B v_B$.

³⁾ C'est donc ici la loi de la conservation du mouvement du centre de gravité commun que Huygens a publiée dans le Journal des Sçavans du 18 mars 1669 dans la forme suivante: «Au reste j'ay remarqué une loy admirable de la Nature, laquelle je puis démontrer en ce qui est des corps Spheriques, & qui semble estre generale en tous les autres tant durs que mols, soit que la rencontre soit directe ou oblique: C'est que le centre commun de gravité de deux ou de trois ou de tant qu'on voudra de corps, avance toujours également vers le mesme costé en ligne droite devant & apres leur rencontre».


⁴⁾ Comparez la Prop. III (p. 39) du Traité „De Motu”.

Varios casus in corporibus inæqualibus¹¹⁾.

Item problemata¹²⁾.

Quod quum duo diversa corpora varia celeritate lata idem corpus quiescens æqualiter commovent, aliud corpus non æque commovebunt¹³⁾.

[Fig. 9.]



Quod celeritatis quadrata ducta in quantitatem corporum semper eandem summam produciunt ante corporum occursum et post¹⁴⁾.

De occursum globorum non directo. Esto A [Fig. 9] globus duplus R cui quiescenti occurrat in B. ducatur CBRF per centra utriusque et cadat in eam perpend. AC. et sit $BF = \frac{1}{2} BC$, erit F locus globi R post tempus ab occursum æquale tempori quo A venerat ex A in B. Sit $BD \propto \frac{1}{3} CB$ vel $\frac{1}{2} BF$, et sit perpend. DN æqualis AC

⁵⁾ Voir les p. 96—97.

⁶⁾ Voir la Prop. V (p. 47).

⁷⁾ Huygens a en vue la Prop. VIII; voir la p. 53.

⁸⁾ Voir la Prop. VII (p. 51).

⁹⁾ Voir la Prop. II (p. 37).

¹⁰⁾ On ne rencontre pas cette remarque dans le Traité „De Motu”, mais on la déduit facilement des propositions qu'on y trouve. En effet l'augmentation de la vitesse du deuxième corps ne dépend, d'après le Principe de la relativité, que de la vitesse relative des deux corps. Elle est égale à $\frac{2m_A}{m_A + m_B}(v_A - v_B)$, et la condition $m_A > m_B$ est même superflue pour assurer la justesse de la remarque. Il est clair d'ailleurs que cette remarque et l'une des suivantes (voir le troisième alinéa de la p. 117) avaient pour but de pénétrer plus avant dans la nature de la force de la percussion.

¹¹⁾ Voir la Prop. IX (p. 65) du Traité „De Motu”.

¹²⁾ En fin de compte Huygens n'a pas ajouté de problèmes au texte de son Traité „De Motu”, comme il l'a fait pour le Traité sur le calcul dans les jeux de hasard, publié en 1657; voir les p. 89—91 de notre T. XIV. D'ailleurs on rencontrera plus loin aux pp. 133, 134 et 135 trois des problèmes en question et peut-être les deux mentionnés dans la note 3 de la p. 154 y doivent être comptés aussi.

¹³⁾ Soient A et B les deux corps différents, possédant les vitesses v_A et v_B ; la condition requise pour qu'ils donnent la même vitesse au corps C en repos est alors, d'après la deuxième formule de la note 1 de la p. 67:

$$\frac{2m_A}{m_A + m_C} v_A = \frac{2m_B}{m_B + m_C} v_B, \text{ ou bien } \frac{v_A}{v_B} = \frac{m_B(m_A + m_C)}{m_A(m_B + m_C)}.$$

Or, pour un corps D en repos, remplaçant le corps C, la même condition exige:

$$\frac{v_A}{v_B} = \frac{m_B(m_A + m_D)}{m_A(m_B + m_D)},$$


et il est facile de montrer que ces deux rapports ne sont égaux que lorsqu'on a $m_C = m_D$, ou $m_A = m_B$.

¹⁴⁾ Voir la Prop. XI (p. 73) du Traité „De Motu”.

Atque adeo æque velociter aliorum respectu moveri dicantur quæ eodem vel æquali tempore pari quoque spatio ab alijs recedant vel accedant.

Etiam cum alterum ei corpori ad quod referitur appropinquet, alterum recedit. Veluti positus in eadem recta corporibus A, B, C [Fig. 12]. Si æquali temporis intervallo peragat corpus B spatium BD accedendo ad A, corpus vero C spatium ipsi æquale CE, sed ab A recedens; dicentur tamen respectu corporis A pari velocitate moveri corpora B et C.

[Fig. 12.]




THEOREMA.

Si corpora duo in eadem recta inæquali celeritate ferantur, dummodo utrumque motu æquabili, etiam alterum alterius respectu æquabili motu procedet.

Ponantur corpora A et C ¹⁾ [Fig. 11] quæ in eadem recta ferantur motu æquabili. A versus E et B versus H.

[Fig. 11.]



Quatuor autem sunt casus ²⁾; nam vel in contrarias partes motus contingit, idque vel accedendo vel recedendo. Vel in partem eandem, ubi rursus differentia est, quod vel præcedens corpus tardius subsequente moveatur vel celerius. Dicimus itaque quibuscumque æqualibus temporis intervallis etiam spatij æqualibus diminui vel augeri distantiam inter corpora A, B. Sumatur quæcumque temporis pars quæ corpus A transiverit spatium AC, corpus B verò spatium BD. Sequenti igitur parte temporis quæ priori æqualis sit, peraget A spatium CE ipsi AC æquale quoniam motu fertur æquabili, atque item corpus B spatium DH æqu. BD. Unde apparet æqualibus temporibus in primo quidem casu decessisse distantiam corporum AB partes æquales quantum nimirum efficiantur simul AC et BD. Sequenti vero casu tantundem singulis temporibus accessisse distantiam AB.

Rursus tertio casu singulis temporibus tantum illam diminui quanta est differentia duarum AC, BD. Eandem denique differentiam postremo casu singulis temporibus accrevisse.

[NEUVIÈME PARTIE.] ³⁾

[1654.]

Impiger et studio teneat licet usque severo,

THEOREMA I.

Si corpori quiescenti occurrat aliud ipsi æquale post occursum quiescet hoc, omnisque motus alteri acquiratur ⁴⁾

Quiescenti corpori A [Fig. 13] occurrat æquale corpus B, dico post occursum quiescere hoc debere, celeritateque qua advenerat omnem transferre in corpus A. Ideoque si unam temporis partem insumpsit B dum pergit B ad A, alteram illi æqualem infumet A dum percurrat spatium AC ipsi AB æqu. Dividuntur enim distantie BA, AC utraque bifariam in H et K ductaque DF parall. BA, sint puncta D, E, F e regione punctorum H, A, K. Igitur motu æquabili et celeritate dimidia corporis B navi deferatur secundum lineam DF, is quidem dum B pervenit ad A conficiet spatium DE distantie BA dimidium. Atque ipsius respectu æquali velocitate corpora B et A sibi mutuo occurrent. Ergo quoniam mole etiam æqualia sunt debebunt ejusdem spectatoris respectu, ea qua venerunt velocitate utraque reverti ⁵⁾. Ideoque si unam temporis partem impenderunt priusquam sese mutuo attingerent, post alteram tantam unumquodque in locum pristinum revertisse debet, dicti scilicet spectatoris respectu qui interea transijt spatium EF ipsi DE æquale. Quod quidem non aliter fieri potest quam si corpus A confecerit spatium AC ipsi BA æquale et B restiterit ad occursum corporis A, sicut enim spectator in D constitutus erat e regione puncti H medij inter corpora BA, ita rursus in F e regione puncti K quod medium est inter corpus B restantis ⁶⁾ ad occursum A et corpus A delatum in C. Itaque sic fieri necesse est quemadmodum fuit propositum.

Cæterum quia sequentium quoque demonstrationum vis omnis in huiusmodi

¹⁾ Lisez: B.

²⁾ Voir les parties marquées 1, 2, 3, 4 de la Fig. 11.

³⁾ Cette Partie est empruntée aux pages du Manuscrit numérotées 25—28.


⁴⁾ Comparez la Prop. I (p. 32) du Traité „De Motu”.

⁵⁾ Voir l’„Hypothesis II” (p. 31) du Traité „De Motu”.

⁶⁾ Lisez: restans.

relazione motus ad diversa corpora consistit idcirco paulo manifestius ob oculos ponenda videtur demonstratio primi hujus theor.^{is}. Est igitur navigium HK [Fig. 14] quod æquabili motu pergat dextram versus. Inque eo sedeat vector e regione punctu D. Cujus respectu æquali celeritate ferantur ad se mutuo corpora æqualia B, A. Quæ quidem æqualibus spatij existentibus DB, DA, concurrent in D, vectoris respectu et post mutuum impulsu, ejusdem respectu, æquali rursus celeritate digredientur. Quod si vero eodem tempore (puta secundi unius)

[Fig. 14.]



quo corpora B et A venere ad occursum in D, navigium et cum ipso unâ vector confecit spatium DA, necesse est corpus A immotum permanisise respectu ripæ G aut spectatoris ibi consistentis; corpus verò B confecisse omne spatium BA. Nam non aliter fieri potest, istis positis, ut vectori corpora B et A æquali celeritate sibi invicem occurrisse appareant. Post concursu autem qui contingit in A respectu ripæ, ut æquali rursus celeritate à se invicem corpora recedant respectu vectoris, qui altero temporis secundo transijt spatium AF ipsi DA æquale, id aliter fieri nequit quam si corpus B quiescat post impulsu in A respectu spectatoris G, atque ut corpus A pereurrat dicto temporis secundo spatium AC ipsi BA æquale.

Itaque respectu spectatoris G, primo temporis scrupulo pervenit corpus B ad A quiescens altero autem scrupulo confecit corpus A spatium AC ipsi AB æquale, et B restitit omnis motus expers ad occursum in A.

¹⁾ Comparez la Prop. II (p. 37) du Traité „De Motu“.


²⁾ Posant $AC = v_A$, $BC = v_B$, on a (en ayant égard à la direction contraire de v_A et v_B): $AH = \frac{1}{2}(v_A - v_B)$ et, par suite, $KL = HC = AC - AH = v_A - \frac{1}{2}(v_A - v_B) = \frac{1}{2}(v_A + v_B)$.

³⁾ Ce qui va suivre jusqu'aux mots: „Sed mole“ est difficile à déchiffrer à cause des nombreuses ratures et altérations.

THEOREMA 2.

Si corpora duo æqualia inæquali celeritate moveantur et vel à contrarijs partibus venientia inter se collidantur, vel in eandem partem tendente utroque tardiùs præcedens à subsequente propellatur; permutata invicem celeritate exinde ferentur¹⁾.

[Fig. 15.]



Tendant primo in partes contrarias corpora æqualia A et B. Et A quidem celeritate AC: B verò celeritate minore BC. Occurrent igitur sibi mutuo in C. Dico reversurum inde corpus A celeritate CD ipsi BC æquali corpus verò B celeritate CE æquali AC. Hoc est si prima temporis parte corpora A et B venere in C, post alteram temporis partem priori æqualem invenietur corpus A in D, et B in E. Dividatur enim distantia AB bifariam in H, sitque CG æqualis CH, et ducta KM parallela AB sint puncta K L M e regione punctorum H, C, G. Qui igitur prætervehitur celeritate KL²⁾, dum A fertur celeritate AC et B celeritate BC³⁾, is perveniet in L cum utrumque corpus ad C venerit, et respectu ipsius æquali celeritate procedent corpora A et B. cum enim æquali prius spatio corpus utrumque ab ipso fuerit remotum, eodem tempore utrumque ex adverso ipsi factum est in C⁴⁾. Sed mole quoque æqualia sunt corpora, ergo pari rursus celeritate a se invicem recedere ea necesse est, ejus quem diximus respectu⁵⁾ Quare si unam temporis partem insumpserit ante mutuum contactum, debent ab occursum post alteram temporis partem ad pristinum locum quodque revertisse, dicti spectatoris respectu, qui interea confecit spatium LM. Id vero fieri non potest nisi, quod corpus A transferit spatium CD, et B spatium CE. Est enim distantia DE æqualis ipsi AB, quoniam utraque seorsim CD, CE æquales utrique CB, CA. Verum et CG æqualis est CH; ergo tota quoque GD æqualis HB. Sed HB dimidia est ipsius AB, ergo et GD dimidia DE; ideoque distantia DE bifariam dividitur in G. Unde manifestum est situm corporum in D et E, respectu spectatoris in M quod est e regione puncti G eundem esse qui fuerat corporum in A et B constituto ipso in K.

⁴⁾ On lit encore en marge: $AC \propto CE$, $GE \propto HA$ v[idelicet] HB , $DC \propto CB$, $AH \propto GD \propto HB$ v. HA.

⁵⁾ Voir toujours l'„Hypothesis II“ p. 31.